

dem secundum vestre voluntatis propositum nulla invenimus...

Corr. Rom. J. B. Thomas citat hoc Caput 2. 2. q. 100. in fine articuli tertii...

III. Unde Urbanus II. Papa in Concilio apud Melham, c. 12. [an. 1089. in Apulia.]

Nillus Abbas pretium fumere, vel exigere ab eis, qui ad conversionem veniunt...

In nonnullis veteris exemplaribus, in quibus paucæ sunt Palæe, habetur Caput hoc usque ad verbum...

IV. Item Gregorius I. in Regesti lib. 4. Epist. 44. five c. 88. in Synodo habita [an. 595. Romæ.]

Sicut Episcopum non decet manum, quam imponit, vendere, ita Minister, vel Notarius non debet in Ordinatione...

GRATIAN. Auctoritate Bonifacii patenter ostenditur, quod sit nullus pretio est invitandus ad conversionem...

V. Apostoli I. ad Timotheum, c. 5. [c. an. Chr. 66.]

Virtus honora, que verè Vidua sunt, [Quæ autem non sunt verè Viduæ, id est, que suis, vel parentum opibus sustentari possunt...

VI. Item Hieronymus ad Damasum Papam. [c. an. 382. à Palestina Romanam.]

Clericos autem illos convenit Ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona...

VII. Item Prosper de Contemplativa Vita, lib. 2. c. 9. § 10. [imò Julian. Pomerius, c. an. 496. in Gallia.]

Quibus sua sufficiunt, Ecclesiæ alimentis non sustententur. Pastor Ecclesiæ is, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare...

Officium 4.

nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt; ita Possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt.

Verum his autoritatibus prohibentur ab Ecclesia suscipi non illi, qui quondam fuerunt divites, postea vero omnia reliquerunt, ut Petrus, & Mathæus, & Paulus...

VIII. In eodem libro Prosperi, c. 10. [imò Jul. Pomer. c. an. 496. ibid.]

Quis propter hoc non vult sua relinquere, ut habeat unde vivat, ut quid accipit unde rationem reddat...

Quod si aliquid de fructibus suis Ecclesiæ, velut propria expensa sua contulerint, non se præferant inani iactantia illis, quos nihil habentes pascit, & vestit Ecclesiæ...

Eccle, qui prohibentur ab Ecclesia suscipi. Illi verò, qui omnia sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel Ecclesiæ rebus adjungunt...

IX. In eodem libro, cap. II. [c. an. 496. ibid.]

Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit a populo dispensanda, & fideliter dispensat accepta...

GRATIAN. Auctoritate Bonifacii patenter ostenditur, quod sit nullus pretio est invitandus ad conversionem...

V. Apostoli I. ad Timotheum, c. 5. [c. an. Chr. 66.]

Virtus honora, que verè Vidua sunt, [Quæ autem non sunt verè Viduæ, id est, que suis, vel parentum opibus sustentari possunt...

Clericos autem illos convenit Ecclesiæ stipendiis sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona...

VII. Item Prosper de Contemplativa Vita, lib. 2. c. 9. § 10. [imò Julian. Pomerius, c. an. 496. in Gallia.]

Quibus sua sufficiunt, Ecclesiæ alimentis non sustententur. Pastor Ecclesiæ is, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare...

Officium 4.

Corr. Rom. a Multorum.] In vulgatis codicibus huic §. Multorum, præponebatur hic titulus. Item ex Concilio Urbani Papæ habito Alvernia, qui sublati est, quoniam abest ab omnibus veteris exemplaribus collatis, & in plerisque hic §. est initium sequentis tertie Quætionis.

AN SPIRITUALIA ET HIS ANNEXA TEMPORALIA EMANTUR.

QUÆSTIO III.

Sed adhuc obijciat, quod qui ingressi Monasterium pecunias tribuunt, non propositum Religionis, sed participationem stipendiorum Ecclesiæ emunt.

I. Item Gregorius scribit universis Episcopis Hispanis. [fortè c. an. 595. Romæ in Hispaniam.]

De iis, qui sacros Ordines munerum acceptione dispensant.

Audivimus Dilectissimi, quod nos audisse oportuit: sed audisse protecto non libuit: quosdam scilicet esse sacrorum Ordinum professores, qui sub munerum datione, vel acceptatione, Dei Ecclesiæ, vel earum sibi Beneficia usurpant.

II. Item Gregorius, Rotomagensis Episcopo, & Gallicis omnibus. [fortè c. an. 595. Romæ in Galliam.]

De iis, qui Ecclesiæ, vel Ecclesiastica Beneficia vendunt.

SI quis dator, vel acceptor. Dei Ecclesiæ, vel Ecclesiastica Beneficia (quæ quidam Præbendas vocant) sub pecunie interventu susceperit, a Simoni non excluditur perditione.

III. Item Gregorius VII. Papa, lib. 6. Reg. in Synodo, c. 4. [an. 1078. Romæ.]

Ab officio suspendatur Episcopus Beneficia, vel Ecclesiastica officia vendens.

IV. Item ex Concilio Urbani Papæ II. habito Alvernia. [an. 1095. in Gallia.]

Quæstus et de Episcopis, qui Altaria Monasteris data frequenter redimunt compellebant pecuniâ: quia quidam Simoniacæ pravitate usus in Galliarum partibus jam diutius inolevit, ut Ecclesiæ, vel Decime (quæ vulgari vocabulo apud eos Altaria nuncupantur) Monasteris datæ, sæpius ab Episcopis sub palliata avaritia vendantur...

Corr. Rom. In fultis Capitulum Concilii Claramontensis habito Alvernia (de quibus supra ad cap. 1. dist. 60. dictum est.) c. 6. hæc leguntur, quæ ad Caput hoc

videntur spectare: Ut Altaria congregationibus Canonico-rum, vel Monachorum per Personam datâ, mortuis Personis, libera redeant in manus Episcoporum, nisi fuerint illis per eorum scripta, vel privilegia confirmata.

V. Item in Concilio Placentino, c. 1. § 2. [an. 1095. in Longobardia.]

Quidquid datâ, vel promissâ pecuniâ in sacris Ordinibus acquirunt, irritum habeatur.

EA, quæ à sanctis Patribus de Simoniaci statuata sunt, nos quoque & iudicio Sancti Spiritûs, & Apostolica auctoritate firmamus.

Corr. Rom.] Antea legebatur, item Gregorius. Sed in aliquot vetustis recte est, Item, nimirum Urbani II. in cujus Synodo hæc habentur.

VI. Item Augustinus de Disciplina Christiana, vel de Dono Disciplina, c. 1. [fortè c. an. 410. in Africa.]

Quidquid possidet, nomine pecuniâ intelligitur. Totum, quidquid homines possident in terra, omnia, quorum Domini sunt, pecuniâ vocatur: solum sit, vas, ager, arbor, pecus; quidquid horum est, pecuniâ dicitur.

VII. Item Paschalis Papa. [c. an. 820. Romæ.]

Qui Ecclesiastica Beneficia emerit, Ecclesiæ quoque emerit probatur.

SI quis objecerit non Consecrationes emi, sed res ipsas, & Deus dedit, quæ ex Consecratione proveniunt, penitus a delictis probatur. Nam cum corporalis Ecclesiæ, aut Episcopus, aut Abbas, aut tale aliquid sine rebus corporalibus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter vivit; quæque horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, neutrum invenditum derelinquit.

Corr. Rom. a Penitus.] Deus dedit, & Anselmus legunt, videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus sapere.

Corporalis Ecclesiæ.] Deus dedit sic habet, cum corporalis Ecclesiæ Episcopus, vel Abbas sine rebus, &c. Reliqui Collectores, & vetusti codices Gratiani concordant cum vulgata lectione.

VIII. Item Urbanus II. Episcopus, servus servorum Dei dilecto filio L. Præposito Ecclesiæ Sancti Juventi apud Ticinum, salutem, & Apostolicam benedictionem. [c. an. 1089. Romæ in Insulam.]

De eodem. Salvator prædicit in Evangelio circa finem seculi Pseudochristos, & Pseudoprophetas surgere, & multos seducere, & fideles suos in Mundo multas habituros pressuras...

Deus dedit, p. 2. Ansel. l. 5. f. 42. Matth. 24. c. 1. Cor. 11. m. Esch. 13. Rom. 8.

AA. 8.

Sep. 1.

AA. 8.